Quelle: https://manuscripta.at/?ID=991
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



et nouerint mysteria omnia
et omnem scientiam · et habuero
omnem fidem ita ut montes tran
ferem · caritatem autem non habu
ero : nichil sum · Et si distribuero
in cibos pauperum omnes fa
cultates meas · Et si tradide
ro corpus meum ita ut ardam ·
caritatem autem non habuero nichi
l michi prodest · Caritas pati
ens est : benigna est · Caritas
non emulatur : non agit
perperam · non inflatur · non est
ambiciosa · non querit que
sua sunt · non irritatur · non
cogitat malum · non gaudet super
iniquitate · Congaudet autem
veritati · Omnia suffert · omnia
credit · omnia sperat · omnia
sustinet · Caritas numquam excidit ·
Siue prophetie euacuabun
tur : siue lingue cessabunt ·
siue scientia destruetur · Ex parte
enim cognoscimus et ex parte
prophetamus : cum autem venie
rit quod perfectum est · euacuabi
tur quod ex parte est · Cum essem parvulus
loquebar ut parvulus · sapie
bam ut parvulus · cogitabam
ut parvulus : qm autem factus
sum vir · euacuauit ea quem erant
parvuli · Videmus nunc per
speculum in enigmate : tunc
autem facie ad faciem ·
Nunc ex parte cognosco : tunc
autem cognoscam sicut et cognitus
sum · Nunc autem manent
fides spes caritas · tria hec ·
maior autem horum est caritas ·

Qui es deus qui facis mirabi GR:
lia solus notam fecisti in gentibus
virtutem tuam · V. Liberasti in brachio
tuo populum tuum filios israel et ioseph ·
Iubilate deo omnis terra seruite
domino in letitia · V. Intrate in Tr.
conspectu eius in exultacione scitote
quoniam dominus ipse est deus · V. Ipse fecit
nos et non ipsi nos nos autem populus eius
et oues pascue eius · S. Lucam ·

In illo tpe · Assumpsit iesus du
odecim discipulos suos se
creto : et ait illis · Ecce ascen
dimus hierosolimam : et con
sumabuntur omnia que
scripta sunt per prophetas de
filio hominis · Tradetur enim gen
tibus et illudetur : et flagel
labitur et conspuetur · Et
postquam flagellauerint oc
cident eum : et die tertia re
surget · Et ipsi nichil horum
intellexerunt · Et erat ver
bum istud absconditum
ab eis : et non intelligebant
que dicebantur · Factum est
autem cum appropinquaret iericho :
cecus quidam sedebat secus
viam mendicans · Et cum
audiret turbam pretere
untem : interrogabat quid